Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26147
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cui ea fraude decepta est. Si autem scierit vir conditionem mulieris vel e converso,
non valet eam dimittere. Unde Zacharias papa. Si quis liber ancillam in matrimo Zacharias.
nio acceperit, non habeat licentiam dimittere eam, si consensu amborum coniunc
ti sunt, nisi ob fornicationem. De illis agitur quibus alteriutrius conditio nota est quando
iunguntur. De copula servi et ancille diversorum dominorum.

Queritur etiam si servus unius ancillam alterius acceperit, an sit inter eos
coniugium. De hoc ita statutum est. Dictum est nobis quod quidam legitima
servorum matrimonia potestativa quadam presumptione dirimant, non
attendentes illud: quod Deus coniunxit homo non separet. Unde nobis visum est ut con
iugia servorum non dirimantur et si diversos dominos habeant, sed in uno coniugio
permanentes dominis servient suis. Et hoc in illis servandum est, ubi legalis
coniunctio fuit et per voluntatem dominorum. Attende finem huius capituli, ubi vide
tur innui preter voluntatem dominorum inter servum et ancillam non posse contrahi con
iugium, vel si contrahitur non esse ratum; quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri coniugium
dominis ignorantibus. De viro qui se facit servum ut dividatur ab uxore.

Illud etiam notandum est, quod si mulier virum liberum acceperit et ille ut causam cc.vii.
prestet discidii se alicui servum fecerit, nec uxorem dimittere, nec illa ob
vinculum coniugii in servitutem redigi potest. Unde est illud. Relatum est In tiburien
ad sanctam synodum quod quidam ingenuus ingenuam acceperit uxorem, et post si concilio.
filiorum procreationem occasione divortii cuidam se servum fecit. Utrum mu
lierem necessario tenere debeat, et si tenuerit, an illa etiam servituti su
bici debeat quesitum est. Iudicatum est uxorem minime debere dimitti,
nec tamen ob hanc legem mulierem in servitutem redigi, dum ille non ex consensu
coniugis se servum fecit, quam liberum ipsa maritum acceperat. De eta

Hoc etiam sciendum est quod pueri ante XIIII annos et pu te contrahentium.
elle ante XII secundum leges matrimonium inire nequeunt. Quod si ante cc.viii.